



8



Luce FERIN & C.






Inc.  
1318

1131

Michael Varinus


Disticha



8/10/17

Liber distichorū Michaelis Verini  
Vgolini qui sentētiarum inscribitur.





Angeli policiani poetæ carmen in obitu Michaelis Verini discretissimi adolescentis.

Erinus michael florentibus occidit annis  
Moribus ambiguum maior an ingenio.  
Disticha composuit docto miranda parenti  
Quæ claudunt gyro grandia lenia breui.

u

Sola uenus poterat lento succurrere morbo

Ne se pollueret : maluit ille mori.

Sic iacet heu patri dolor & decus unde iuuentus

Exemplum: uates materiam capiant.

Nicolai seratici carmen in obitu Michaelis adolescentis poetæ:

Ante diem raptum quæsta est elegia tibullum

Proximus accedit pro michael dolor.

Amplius in puero mores mirabere lector:

Disticha qui sancto digna cathone leges.

Eiusdem tetrastrichon.

Contingit impubi seris quod prouenit annis

Iudicium: grauitas: candida uita: lophos.

Sic iuuenis michael superauit nestoris annos:

Vitam etenim uirtus nō mora longa parit.

Bernardi michelotii distichum

in obitum Michaelis Verini.

Ne fle uiuo: fruor: tandem pater optime ueris

Delitus cælo: posteritat

<sup>1. poet</sup> Antonii Gerardini carmen in obitu <sup>1. m. 222</sup>  
<sup>1. m. 222</sup> Michaelis uerini doctissimi adol.

<sup>1. spoliatus</sup> Regia pyramidum cædant monumeta usator

Huic lapidi: quanq̄ marmora nulla uides.

<sup>1. m. 222</sup> Verinus michael <sup>1. m. 222</sup> decus <sup>1. m. 222</sup> immortale pudoris.

<sup>1. m. 222</sup> Clauditur hoc saxo <sup>1. m. 222</sup> siste parumper iter.

<sup>1. m. 222</sup> Quod latet ingenii sidus quæ gloria phœbi:

<sup>1. m. 222</sup> Delitias urbis q̄ breuis urna capit.

<sup>1. m. 222</sup> Disticha copuluit graubus distincta figuris

<sup>1. m. 222</sup> Quæ possis sacris æquiparare libris.

<sup>1. m. 222</sup> Est breuis: argutus: facilis: sine felle: pudicus

<sup>1. m. 222</sup> Littera plus nerui q̄ sua carnis habet.

<sup>1. m. 222</sup> Hieronymi carmen obitu michaelis  
uerini adoleſcētis poetæ grauiſſimi.

<sup>1. m. 222</sup> Hic situs est michael sexta trieteride raptus

<sup>1. m. 222</sup> Vnica doctiloqui spes: & imago patris.

<sup>1. m. 222</sup> Morbus in dubio est fuerit uel carmine maior:

<sup>1. m. 222</sup> Fama pudicitia: picridumq̄ decus.

<sup>1. m. 222</sup> Iudicium: probitas: studium. solertia non te

<sup>1. m. 222</sup> Afferit impubem: sed probat esse senem.

Michaelis Verini Vgolini. f. distichorum liber  
qui sententiarū inscribitur: ad Paulum saxiā rō  
cilionē grāmaticā olim præceptorē suū icipit.

**Q**ncilionis honor sanctorū regula morum:  
Quæ didici reddo carmina paule tibi.

**Tu me periculum duxisti primus in antra:**  
**Primitias igitur accipe paule meas.**

**Ad lectorem:**

**Si te crebra iuuat breuibus sententia chartis:**  
**Selectum e multis hoc cape lector opus:**

**Ad lectorem:**

**Disticha nostra legant pueri: castæq; puellæ**  
**Continet obicænos fabula nulla iocos.**

**Vnde traxerit materiam distichorum:**  
**Sideret instar apum delibans gramina christi:**  
**Delegi lector hoc tibi mellis opus.**

**Nemo impurus hæc legat.**

**Hinc lasciuia uenus: procul hinc discede cupido:**  
**Tota meis legitur casta minerua libris.**

**Ad catonem:**

**Tu cato uel censor nostris scribere libellis:**  
**Hæc farrago mei carminis ista seges:**

**Ad lectorem.**

**Nostra legas: quisquis fueris breuitatis amat or.**  
**Inuenies lepidos sed sine felle iocos.**

**Ad lectorem de Martiale:**

**Carmina sunt fateor pulcherrima uatis iberi**  
**Ad mores faciūt non tamen illa bonos.**

**Quod christianos nō**  
**deceat esse leues.**

**Cur graubus texam quæris mea disticha uerbis:**  
**Cultores christi non deceat esse leues.**

**Optima quæq; carpenda ab auctorib?.**

<sup>Virgilius gemmas enni stercore legit</sup>  
Virgilius gemmas enni stercore legit:

<sup>Et mihi sunt uatum plura notanda luto</sup>  
Et mihi sunt uatum plura notanda luto.

<sup>Ad amicum de editione sui libri</sup>  
Ad amicum de editione sui libri.

<sup>In lucem hortaris me nostros cedere uersus</sup>  
In lucem hortaris me nostros cedere uersus:

<sup>Perfectum nescis ut mora reddat opus</sup>  
Perfectum nescis ut mora reddat opus.

<sup>In tribulatione uirtus ut au</sup>  
In tribulatione uirtus ut au-

<sup>rum in igne perficitur</sup>  
rum in igne perficitur.

<sup>Quod fornax auro: facit hoc tribulatio iustis</sup>  
Quod fornax auro: facit hoc tribulatio iustis:

<sup>Rebus in aduersis certa probanda fides</sup>  
Rebus in aduersis certa probanda fides.

<sup>Amor est causa timoris</sup>  
Amor est causa timoris.

<sup>Quæ tu contemnes nūquam amuisse dolebis</sup>  
Quæ tu contemnes nūquam amuisse dolebis:

<sup>Nam magni est minus causa timoris amor</sup>  
Nam magni est minus causa timoris amor.

<sup>Veri amoris nullus est finis</sup>  
Veri amoris nullus est finis.

<sup>Nunquam uera fuit charitas que desinet esse</sup>  
Nunquam uera fuit charitas que desinet esse:

<sup>Nam nullus ueri finis amoris erit</sup>  
Nam nullus ueri finis amoris erit.

<sup>Non decet christianos more</sup>  
Non decet christianos more

<sup>ethnicorum turpia</sup>  
ethnicorum turpia:

<sup>Nos genus electum christi nos sacra ppago scribere</sup>  
Nos genus electum christi nos sacra ppago scribere

<sup>Scribemus ueterum turpia morte patrum</sup>  
Scribemus ueterum turpia morte patrum.

<sup>Obscæna fabula a pueris uitanda</sup>  
Obscæna fabula a pueris uitanda.

<sup>Inficit obscæni puerorum carminis aures</sup>  
Inficit obscæni puerorum carminis aures:

<sup>Fabula dum uatum quaeritur ipse nitor</sup>  
Fabula dum uatum quaeritur ipse nitor:

<sup>Mala durant: quæ teneris</sup>  
Mala durant: quæ teneris

<sup>mentibus discuntur</sup>  
mentibus discuntur.

<sup>Heu male diluitur teneris quod mentibus hæsit</sup>  
Heu male diluitur teneris quod mentibus hæsit:

<sup>Præsertim durant quæ didicere mala</sup>  
Præsertim durant quæ didicere mala.

<sup>Quare mordaces uersus nō scribat</sup>  
Quare mordaces uersus nō scribat.

<sup>Quod nostri careant mordaci leamate lusus</sup>  
Quod nostri careant mordaci leamate lusus

<sup>Lex hominum hoc prohibet: religioq; dei</sup>  
Lex hominum hoc prohibet: religioq; dei.

<sup>O es sunt felices ubi omnes amici</sup>  
O es sunt felices ubi omnes amici.

<sup>Quam foelix & quanta foret respublica: ciues</sup>  
Quam foelix & quanta foret respublica: ciues:

<sup>Si cunctos unus conciliasset amor</sup>  
Si cunctos unus conciliasset amor:

<sup>Nil sine spe & præmio fit</sup>  
Nil sine spe & præmio fit.

<sup>Est labor ingratus: quæ em debita præmia fallunt</sup>  
Est labor ingratus: quæ em debita præmia fallunt.

<sup>Quid graue non fiet spe sine; uel leue fit</sup>  
Quid graue non fiet spe sine; uel leue fit.

Animum dantis deus &  
non donum considerat:

Non quantum dederis: sed qua tu mente dedisti

Pensandum est: placat uictima parua deum.

Forma caduca & mali periculae causa.

Quid fidis formae: populat qua morbus & aetas?

Multis causa mali candida forma fuit.

De eadem re.

Hæc quam cernis anum quondam formosa puella

Extitit: an nescis q̄ breuē forma bonum est?

Vxor bona & nō pulchra habenda est:

Sit formosa aliis uxor: tibi sit bona: nescis

quam noceat castæ forma pudicitæ.

Difficile est custodire formosas.

Aegre formosam poteris seruare puellam:

Nunc prece: nunc auro forma petita ruit.

Illa patria est foelix ubi iuuen-

tus assuescit modicis cibus.

Illa domus foelix ubi paruo assucta iuuentus:

In festo coctum luxuriatur olus.

De infoelici ciuitate.

Infoelix patria est pueros ubi purpura uestit:

Atq̄ ubi præcedit diues honore bonos.

De falsis gaudiis.

Quæ durare putas mortalis gaudia uitæ

Sunt breuia: & finis tristis amator erit.

De ueris gaudiis.

Vna salus seruire deo est: hæc gaudia sola

Vera putes: quorum gloria finis erit.

In pctō est plus doloris q̄ uoluptatis:

Quid lætare miser: peccati est nulla uoluptas:

Gaudia plus aloes q̄ tua mellis habent.

Cor impiorum e fretu feruens.

Cor iniustorum semper uelut æstuat unda

Aequoris: insanus cum freta uentus agit:

<sup>.i. moesti mali</sup>  
<sup>.i. aculi</sup> Impudici oculi deprædantur animam.  
<sup>.i. oculus</sup> Lumina prædantur mentem: pariumq; ruam:  
<sup>.i. oculus</sup> Lumina nequitiaë si lapis abde fores.

Quid sit peccatum:

Peccatum est deforme malum: transgressio legis

Diuinæ: at citius dixeris esse nihil.

Iudex & censor omni careat peccato:

Aspiciat lucem: qui unlt damnare tenebras:

Qui carpit mores labe carere decet.

Peccator & cæcus & bestia efficitur.

Cor deus iniusti nebulis obnubilat atris

Exiit et formam: fitq; repête fera:

Peccatum est obex inter  
animam & deum.

Obtenebrat mentem peccatum: est obicis instar:

Quo nequit auctorem cernere tecta suum.

Quanta fides fuerit tanta retributio:

Est operis mensura fides: nostriq; laboris

Examen: capies præmia: quanta fides:

Aliena magis q̄ nostra uitia cernimus:

Cur aliena magis q̄ crimina nostra uidemus:

An quia nostra procul: sint aliena prope.

Post gaudia dolor sequitur.

Aeternus sequitur præsentia gaudia meror:

Stulte ne delitiis credis utrisq; frui?

Risus in luctum uertitur.

Heu risus noster luctu miscetur amaro:

Duraq; sub dulci melle uenena latent.

De auaro.

Nusquam fraude caret: semper mentitur auarus:

Frga inopes surdus ferrea corda gerit.

De distributione honoris.

Indignum est nullo certamine præmia uelle:

Virtutis iustus distribuatur honor.

De gloria.

92  
4  
Gloria si dulcis: studeas uirtute parare te

quato/ Quo labor est maior: gloria maior erit.

Iusti bene operantur  
propter uirtutem:

Terret pœna malos: inuitant prœmia iustos

Sed potis est uirtus reddere sola bonos.

Qui deo militat mortalia contemnat:

Terræ spernet opes cœli qui militat oris.

Principis ætæni castra sequenda tibi.

Vt patientiæ crescant prœmia non  
audit subito deus inuocantes se.

Vt tua maiori crescat patientia laude:

Non audit subito uota petita deus.

Nec cito nec temere iudicandum.

apud barada/ Iudicium præces insani iudicia iudex

Omnia sunt longis dilcutienda moris:

Iusticia & charitas arma sunt principum!

Iusticia & charitas ualidæ sunt principis arces:

Nulla tyrannorum uis diuturna fuit.

Contra inertes. i. pigros barabas quasi sine arte

Tolle moras: uolucres menses labuntur & anni

Ultima sit nescis quando futura dies.

Viuentiu tanq̃ sit ultima dies.

Compositis uiuas deū sit lux ultima rebus

Incautum ne te parca leuera premat.

Aliud.

92  
Quod sit nemo sua contentus sorte requiris

An patrio extorres uiuimus hic solio?

Nihil stabile in rebus humanis:

Cum stabile hic nihil inuenias: cur stare requiris

Cum uideas fluxu cuncta perire suo?

De eadem re. Quæ uidentur sunt fluxa.

Inuisibilia æterna sunt.

Quod cernis: nihil est: uolat atri turbinis instar

Sed quod non cernis esse perenne putes.

Ad magna præmia magno labore uenitur. *ho. Ad uita*

Non nisi per magnos ad præmia magna labores *1. per magna*

Itur: at ignauis nulla corona datur. *1. corona*

De eadem re aliud.

Si te delectant æternæ præmia uitæ

Magna quidem: ne te terreat ergo labor.

Qui bene uixit non timet mortem.

Qui bene præteritos sine labe perægerit annos: *1. perægerit*

Non horret mortis uulnera dira pati.

Mors uiri boni non est fienda

Non obitus fiendus: sequitur quem uita perennis *1. diuina perennis*

Viuus enim semper: qui bene uixit erit. *1. uiuus*

Erudiendi pueri in ætate tenera.

Dum tenera est ætas: generosos imbue mores:

Tunc facile est cunctis artibus ingenium.

Tæporis iactura maxima præsertim doctis: *1. iactura*

Nulla uiris doctis iactura est tempore maior:

Et multi incassum tempus abire sinunt.

Mors malorum pessima: contra bonorum: *1. bona*

Formidanda malis sequitur quã pæna perennis:

At contra foelix mors solet esse bonis.

Totam illustrat uitam foelix exitus:

Tota illustratur foelici funere uita:

Mors foelix uitæ causa perennis erit.

Bono bonus exitus: malo malus.

Vita boni raro turpatur funere foedo:

Vita mali turpi clauditur exitio.

Mutantur pili & non mores.

De flauis uetula in canos uulspecula mutat:

Illius at mores uertere nemo uidet.

Gula et ocia arma sunt ueneris.

Quis cererem & bacchum: quis nesciat ocia causam suã

Nequitæ & sceleris tela cupido tui:

Medicis morbi quæ pri-

um sunt monstrandi:

Si vis curari medico tua uulnera pande:

Exposces sero cum morieris opem.

Pluribus medicis non est credenda salus ægroti: *non no solo tute y p dnu de infirmitate*

Vis febre curari medicis ne crede salutem

Pluribus: unus enim sat bonus esse potest.

De gula quæ plures interficit quæ gladius;

Miraris subito franciscum funere raptum

Crede mihi: ancipiti plus ferit ense gula.

De eadem.

Cum doleat stomachus: medicum accersire leonem

Paule iubes febris sit tibi causa gula est.

De gula morborum causa.

Autumno inquiris cur tot moriantur in uno

Causam: cum gula sit pestis & atra lues.

Modicus cibus natura contenta.

Esse cupis frugum: facile est: nam panis & undæ

Prædiues dapibus quilibet esse potest.

Oia pro uita æterna hic sunt toleranda;

Si quanta æternæ sint uitæ præmia uoluas:

Omnia pro christo perpetere libens.

Aliud.

Spe regni æterni debes tolerare labores:

Longe promissis uberiora ferēs.

Aliud.

Pro superis dabitur quæ commutatio regnis:

Et tamen hanc hominum plurima turba facit.

Recta conscientia dat uerum gaudium.

Gaudia uera dabit mens omnis criminis expers:

Heu mihi quæ pauci gaudia uera ferent:

Nō sunt uera gaudia in præsentis uita:

Delectare quecum præsentis gaudia uitæ:

Quorum cum pæna toxica finis habet.

Uirtus reddit imortales.

Omnia cum pereant: uirtus est sola perennis;

<sup>f. vrb</sup> <sup>f. bonum</sup> <sup>suave</sup>  
Hæc immortales reddere sola potest.

Fortune prosperæ non est fidendum!

<sup>1. respicitur</sup> <sup>o qui in unum habet</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Pone modum rebus nimium confise secundis

Quæ dedit: hæc eadem fors tibi tollet opes.

<sup>1. dicitur</sup> Aliud.

<sup>1. infirmitas</sup> <sup>1. cumulat</sup> <sup>1. aurum</sup>  
Quid tibi si gemmas omnes cumularis: & aurum:

<sup>1. infirmitas</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Et tua tartareis mens crucietur aquis?

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Deus nõ miseretur assidue peccantium.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Assidue peccantis erit deus hostis acerbis:

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Quove magis tolerat: sæuior ultor erit.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
De? punit expectans tardos grauiori pæna.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Quid rides? grauitate deus tormenta rependet.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Et gliscit tardis grandior ira moris.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Pecunia amissa grauius lugetur q̃ peccatum:

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Si tua tam uero lueres peccata dolore

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Ut nummos: esses uictima grata deo:

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
De breui tempore & de secordia hominum.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Si mora nulla datur uitæ labetibus horis:

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Cur ita tam longo turba sopore iacet?

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Quod mors nõ debet esse nobis res noua.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Quid subito palles audito nomine mortis?

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
An tibi res noua mors: unde repente metus?

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Quando mors est optima.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Optima mors tunc est: cum uita est criminis expers:

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Mors foelix: uita est cum tibi chara magis.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Post gaudium uitæ uenit luctus mortis.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Quid lætare miser: nescis post gaudia uitæ:

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Perpetuos luctus mortis adesse tibi?

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Quod de? nõ est auctor culpæ: sed pænæ:

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Nõ deus est auctor culpæ sed criminis ultor:

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Pro meritis iustus premia iusta dabit.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
De uitæ cupiditate  
in tot malis.

<sup>1. dicitur</sup> <sup>1. dicitur</sup>  
Cum mala præsentis longe sint plurima uitæ  
Quam bona: cur uitæ tanta cupido tenet?

Via cæli difficilis: sed promissis dei facilis:  
Est uia difficilis: superas quæ ducit ad oras:

Promissis facilis redditur illa dei.

Ulcus proditum citius curatur.

Quod cito procidæris medico curabitur ulcus:

Obfuit heu multis occuluisse diu.

Auarus prætor iniusticiæ causa.

Cum reus est diues prætorem nactus auarum:

Quid non sperabit posse licere sibi?

Quales principes tales populi.

Si studia & mores populi cognoscere curas:

Res facilis: uitam principis inspicias.

Cur solus in agris sæpe uerletur.

Esse tibi solus uideor si solus oberrem:

Tunc mihi pieridum turba canora comes.

Aliud.

Cum fugiam cætus me tãquam carpis agrestem:

Tunc ego sum solus: cum mihi turba comes.

De adulatore.

Blandus adulator regum certissima pestis:

Hæc audet sanctos perdere sæpe uiros.

De eodem.

Blandus adulator uirus commune potentum:

Sæpius in festo sæuior hoste nocet.

Quales esse debemus.

Sis nulli blandus sed uerus: & omnibus æquus:

Vox clamore uacet: sit sine lite sonus.

De risu.

Immodicus risus non est sapientis: & index

Stulticiæ: lepidi sint sine dente ioci.

Nè simus loquaces.

Vis sapiens dici: raro & meditata loquare

Sæpe loquax uerbis proditur ipse suis.

Vera laus bonorum.

Omne genus laudis turpi uilescit in ore  
Vera boni: & docti laus solet esse uiri.

Nec nostra laudare nec aliena  
repēdere debemus.

Nec tua laudabis: nec facta aliena rependes

Nam satis est: alter si tua facta canit.

Ad maurum desidem.

Tempore sic omni deses colis oia maure

Vt recitatorum sabbata turba colit.

De munere.

Munera quid possint testatur ferrea turris:

Quam uictor fuluo iupiter imbre subit.

De munere.

Quid non argento: quid non contumpitur auro?

Qui maiora dabit munera uictor erit.

Diuites plerūq; mali.

Difficile est opibus mores seruare pudicos:

Omnia diuitibus non ne licere uides?

Diuitiæ sunt causa periculorum.

Cum sint diuitiæ manifesta pericula uitæ

Cur uoto a cunctis sic cupiuntur opes?

Paupertas cū bona sit: ab oib; euitatur.

Sobria paupertas multorum causa bonorum est:

Hanc tamen ut pestem plurima turba fugit.

Natura paucis contenta.

Quid tibi de esse potest: modicus si panis et unda

Prandia: uel cænam si tibi prebet olus?

Mors expectanda intrepide:

Expectes omni securus tempore mortem:

Nam quo sit nescis excipienda loco:

Mors ubiq;.

Ipse licet fugias pennis uelocius euri:

Non tamen effugies tela tremenda necis.

De timido.

Infelix palles audito nomine mortis:

Tanq̄ sit soli mors fugienda tibi.

Mors uitari nō potest: unde  
nec timenda nec fugienda.

<sup>1112</sup> Quod nequeas uitare fugis: mors omnibus instat  
Nec formidanda est: nec fugienda tibi.

De eadem re.

Stultum crede mihi est quod icuitabile cemis  
Effugere: & turpi si quatire metu.

Q̄is laus in proprio ore ulescit.

De te alii narrent: proprio sordescit in ore  
Gloria: si taceas: plus tibi laudis erit.

Nil magis nostrū est q̄ tēpus.

Nil magis est nostrum uolucris q̄ temporis usus:  
Sed multis tanq̄ res aliena uolat.

Quicquid præteritū ē mors nobis abstulit.

Prospicimus cuncti mortem: sed fallimur omnes  
Quicquid præteritū est abstulit atra dies.

Voluptas breuis & semper habet i fine poenitētiā

Est mistar floris uerni fugitiua uoluptas:

Quod pudeat semper præniteat q̄ facit.

De liberali simili deo.

Ille deo similis: qui dat bene munera lætus:

Qui reperit: fructus fœnoris officio est.

Nulla maior usura & factior q̄ pascere egenos.

Nullū magis erit lucrū q̄ pascere egenum:

Fœnore nā grandi centupla dona feret.

Palā reddēdæ grates: clam dandæ.

Ingratæ est mentis sine teste reddere grates,

Reddereq̄ ingrati ē dona minora datis.

Qui uult in cælo cumulare di  
uitias hic det pauperibus.

Quas christi causa miseris donatis egenis:

In celo æternas costabilibus opes.

Ad auarum.

Quid cumulas aurum: solum conceditur usus

Tempora labuntur: dum cumulantur opes:

Nullum maius lucrum neq;  
certius q̄ credere christo opes:

Quod maius fœnus q̄ christo credere censum:

Promissis ne dei est certior ulla fides: *quasi dicit nulla p̄d̄t̄*

De eadem re.

Munera si gratis dederis: si lectus amicis:

Tollet diuitias has tibi nulla dies.

De eadem q̄ nemo dat gratis.

Munera qui mittit: sperat maiora remitti:

Nemo suas uellet perdere gratis opes.

De uirginitate & nuptiis.

Virginitas cælum: ueneris thorus implet auernum:

Hæc superius similes nos facit: illa feris.

De seruo stulto et

uxore litigiosa.

Quam miserum est: stultus si tractet seruus habenas

Imperet: aut uxor ambitiosa uiro.

Qualiter gratiæ pinguntur.

Pinguntur geminæ charites spectare sororem:

Dona mihi reddas ut duplicata mea.

Aliud.

Pinguntur nudæ charites: ne fœnore dones

Viuram pietas religioq̄ uetat.

Ad amicum.

Accipe parua mei lætus munuscula census:

Nec quæ sint: sed qua suscipe mente data.

Minor est labor q̄

premium cæli.

Quem potes æterno pro munere ferre laborem?

Mercedi an tantæ par labor esse potest?

Propter paruam fidē

pauci saluantur.

Saluantur pauci: multiq̄ uocantur ad astra:

An quia sit paucis: cognita uera fides: *quasi dicit nob̄ ali d̄ p̄ p̄*

Est charitas perfectus amor: perfectaq; uirtus

Qua sine perfectum nil reperire potes.

Qui habet maiorem charitatem  
habebit maiorem gloriam.

Cui maior charitas: debetur gloria maior

Quantus amor fuerit: præmia tanta feret.

Qui uult esse altus sit humilis.

Esto humilis: quisquis fieri cupis incola cæli

Faltus tartareis excrucietur aquis.

Tardi et considerati ad loquendum.

Qui cito præcipitat uelox sine pondere uerbum

Errat: & emissum non reuocare potest.

Quod dices & facies aliis tibi fiet & dicetur.

Quæ dices aliis: tibi iam responsa remitti

Expectes: capies qualia dona dabis.

Sententia carens pietate iniusta est.

Quæ pietate caret sententia: sæua putatur

Est pietas cunctis antiferenda sacris.

Melius consilium q̄ uires.

Consilio utilius q̄ uiribus arma geruntur:

Militis est robur: consiliumq; ducis.

Multi peccant & paucos errati poenitet.

Quæ sine labe caro quæ nõ obnoxia culpæ est:

Quem non inuenies criminis esse reum? *quæspicitur omni sunt xxiij m m*

De nõ potest peccare: alii omnes. *possum peccare*

Non peccare dei est: nemo sine crimine uiuit.

Errati paucos poenituisse uides.

De falsa spe penitentia.

Pertenuis spes est inter peccata salutem:

Et sperare nouis criminibus ueniam.

Qui præsentia desiderat: futura negligit.

Cui spes præsentis uitæ est præfixa: futuram

Negligit: hic nõquam mente quietus erit.

De iracundo semper excedete iusticiam.

<sup>exce</sup>  
Qui temere & præceps fabidas exarsit in iras:  
Excedet semper limina iusticiæ!

Que uirginitati obstat.

Qui uult uirginem cælebs seruare pudorem:  
Quia deuitet foemineosq; choros.

De eadem re:

<sup>malfo</sup>  
Sæpe marem in furias aspectu foemina solo:  
Urget et inflammat pectora notus odor.

Vitandæ oportunitates nequitiae.

Quis non uretur: si se deiecit in ignem?

<sup>præna</sup>  
Viueret quis credat dira uenena bibens:

Melius est timere bene q̄ male fidere:

Vtilius timuisse bene est q̄ fidere ualde:

<sup>ostendit</sup>  
Nam cauto & timido nulla procella nocet.

De uitandis foeminis.

<sup>uid</sup>  
O quibus illecebris capitur cui foemina iuncta est:

Foemina tentandi pabula quanta dedit?

Foeminæ occursum est

sagitta dæmonis.

Formosæ occursum mulieris dæmonis arma:

<sup>optuazant</sup> Parthorum tanquam dira sagitta fent.

<sup>præna</sup>  
Vitanda proximitas foeminæ.

Sæpe pudicitiam mulier formosa: propinqua

Eripuit castis: multa q; damna dedit.

Foemina domat duces uictores.

<sup>fozta</sup>  
Foemina magnanimos domuit per sæpe leones:

<sup>præna</sup>  
Præda q; uictores sæpe fuere duces:

Sanson & Hercules fo-

eminis succubuerunt.

Quis sanzone fuit: quis fortior hercule: constat

Foemineis ambos succubuisse thoris.

<sup>præna</sup>  
Tutiora sibi bala bafylisci

q̄ cantus puellæ.

<sup>præna</sup>  
Tutius in siluis bafyliscum audire frementem:

<sup>præna</sup>  
Quam molles cantus foemineumq; melos:

Tria uincula mulieris  
petulantia cohibent.

Fœmina molle genus turpes procliuus ad actus

Ni uir sit custos: ni pudor atq; metus:

Mulier peccati causa.

Fœmina peccati gluten: latet anguis in illa:

Si sapiis: hanc ceu sit pestis amara fuge.

De eadem re.

Noxia fœminei fugias contagia cætus:

Quanti causa mali fœmina prima fuit:

De laude uirginitatis.

Virginitas animæ murus uictoria carnis:

Portus honestatis sancta pudicitia est.

De uirginitate.

Virginitas cæleste bonum: cognata phalangi

Angelicæ: in terris heu mihi rara fuit:

Luxus ingenium

& mores perdit.

Nil lætale magis q̄ luxu perdere mores:

Hæc pestis iuuenum est sæuior ingeniis:

Non decet uirum nimis be-

ne psallere uel cantare.

Turpe uiro studium est psallendi: turpe canendi.

Turpe est fœmineis semper adesse choris.

Spæs uitæ longæ est

peccati causa.

Dulcis amor uitæ dirum mihi crede uenenum est

Causaq; peccandi spes diuturna fuit.

De eadem re.

Quam miserum est nescire mori: uitæq; cupido:

Peccandi multis pabula quanta dedit:

Qui nihil sperat nihil timet.

Si nil sperabis: discrimina nulla timebis:

Qualis amor fuerit: talis & ipse timor.

Nō decet uirum muliebri cultu incedere.

<sup>1. Turbulare</sup>  
O quod turpe uiro muliebri incedere cultu:

<sup>arantinas</sup>  
Molliaque euulsis reddere crura pilis.

<sup>ille</sup>  
De principe non prohibente peccatum.

Qui prohibere potest: causam tribuisse uidetur

Peccandi: quicquid non uetat illicitum.

<sup>1. 116</sup>  
Conscientia bona nihil timet.

<sup>1. 117</sup>  
Qui recte uiuit contemnit iussa superbi:

<sup>1. 117</sup>  
Conscia mens recti nil timuisse potest.

<sup>1. 118</sup>  
Plurilingua & conuictus quod scriptum mouet.

Plus tibi conuictus: plus uiui proderit oris

Eloquium: quod si scripta dilerta legas.

<sup>1. 119</sup>  
Fidere uulgo & placere populo est dementia.

<sup>1. 120</sup>  
O te dementem: si uulgi ignobilis aura

Te mouet: ah nescis cui placuisse cupis.

Non sunt munera accipienda.

<sup>1. 121</sup>  
Munera ne capias: uncus latet hamus in esca:

<sup>1. 122</sup>  
Nulla carent uisco munera: uirus habent.

Verus amicus in duro

tempore cognoscitur.

<sup>1. 123</sup>  
Temporibus duris ueri noscuntur amici:

<sup>1. 124</sup>  
Ah fidos paucos experiere tibi.

De eadem re.

<sup>1. 125</sup>  
Inuenies multos si res tibi floret amicos:

Si fueris pauper quis tibi amicus erit?

Quae sunt uerae diuitiae.

Diuitiae non sunt argenti pondus & auri:

Virtutes ueras accipe diuitias.

Sententia de lucri cupiditate.

Conditio misera est lucri intoleranda cupido:

<sup>1. 126</sup>  
Hyberni haec uexat turbinis instar aquas.

Ad auarum.

<sup>1. 127</sup>  
Hostia pauperibus penus & granaria claudis:

Tradident soli haec ceu tibi cuncta deus.

Cur non edat.

<sup>1. 128</sup>  
Cur ego non edam in lucem mea disticha quaeris:

*Phosphor*

Edita si mala sunt: quis reuocare potest?

Sapiens est ditissimus. *mutatio*

Si fueris sapiens: ceteri superaueris aurum;

Nam sapiens nullo tempore uiuit inops;

Nihil stulto prodest.

Quid prodesse potest stulto: cum nesciat uti

Consilio: atq; omni tempore uiuat inops?

Qui amat corpus spernit

animi uirtutem.

Cui nimis est carum corpus: uilescit honestas

Et uentrem & mentem nemo replere potest;

Ad Petrum.

Te miserum dicis: fateor sine crimine quemq;

Non uidi miserum: tu miser ergo petre es. *tuus fuit miser*

Ad Dinum.

Cum tanta heu miseris penuria temporis instet;

Cur dine in nugis tempora longa teris? *quid*

Reprehendit mori timentem.

Cum sit plena mali uitæ mortalis egestas; *inopia*

Cur exire times carcere: liber eris.

De eodem.

Quod cito decedis gemis: hac es lege creatus;

Nam tibi longa satis: quæ bona uita fuit,

Omnia patienter ferenda ut ex

uoluntate dei procedentia;

Quod tibi contingerit: patienter ferre mento;

Cum certum est fieri numine cuncta dei.

Mens bona nihil timet;

cõtra mala semper timida.

Conscia mens recti nullo commota pauore est;

At mala mens semper sollicitata metu;

Omnis bonus felix.

Quid magis est felix: q; cor sine crimine mundum

Qualis inest mundo pectore lætitia? *quasi dicitur magis*

Contra hypocritam.

Mentiris: christi falso qui sacra fateris:

Ni facias quicquid pagina sacra iubet.

De ueneratione parentum.

Qui cupis esse senex caros uenerare parentes:

Quæ patri facies: filius illa tibi.

Contra mercatores rerum terrenarum.

Per mare per terras mercator quæritat aurum:

Tu cæli æternas stulte relinquis opes.

Contra auarum diuitem.

Quem non pauisti: mactasti diues egenum:

Ipse reus tanti criminis huius eris.

Quod scurræ & gulosi

amici non sunt.

Qui socius mensæ est: uerum ne reris amicum

Tolle epulas: nosces quam tibi fidus erat.

Qui amat periculum in eo peribit.

Qui discrimen amat persepe peribit in illo:

In pugna miles: nauta peribit aqua.

De incerto exitu.

Cum minime uelles: truncabit stamina doto.

Nec quicquam extremo certius interitu est.

Contra tardantes bene operari.

Cras inquis faciam: concessaq; labitur hora:

Fac hodie: fugit hæc non reditura dies.

De inuidia.

Inuidia est animæ tinea hæc ceu uipera mordet:

Auctorisq; sui uiscera prima ferit.

Non audiendus detractor.

Qui detractori faciles accomodat aures

Dat causam: & pariter criminis ille reus:

Quod scimus: docere debemus.

Edoceas quod scis: fit enim sapientia dando:

Maior: at est contra facta retenta minor.

Via cæli aspera: inferni prona.

Itur ad æthereas per magna pericula sedes:

At nullo infemi prona labore uia est.  
De foeditate peccati.

Si posses uitium q̄ sit deforme uidere:  
Hoc dices monstro foedius esse nihil.

De pulchritudine uirtutis.  
Flammiferis longe est uirtus formosior astris:

Hæc rebus cunctis anteferenda tibi est.  
Qui meminit mortis & infemi  
facile a uitis abstinebit.

Is facile extinguet ueneris flagrantia tela:  
Qui meminit ichenæ: qui phlegetontis aquæ:

Ad symonem Canisianum.

Te dare promittis: nec das mihi munera simon:  
Nil tibi debebo: si mihi sera dabis.

Magni citius & facilius ruunt:

Quo magis est abies procerâ euellitur curis:

Culmina non ualles fulmina torta petunt.

Gloria liuorem parit.

Quo maior ciuis: maior solet esse ruina:

Magnaq; liuorem gloria sæpe parit.

Qui magnus est semper timet.

Quanto maior eris: maiora pericla cauenda:

Crede mihi nullo tempore tutus eris.

Munera cito & læto  
animo danda.

Munera des lætus: corrumpunt tedia donum:

In quo censendum est: quid nisi dantis amor?

Qui cito & temere promittit  
nusquam seruat fidem.

Qui cito: qui temere spondet se multa daturum:

Quæ male promisit turpius illa negat:

Negare in principio est dare  
beneficium si bene negetur.

Qui cito: qui belle negat: is tribuisse uidetur

Munera: nam semper est odiosa mora:

Non est seruanda fides in rebus malis:  
Turpiter ægidæ neptunus munera soluit:  
In male promissis reuicenda fides.

Ad auarum.

Vestibus innumeris defudas: horret egenus:

Frigore cur inopem: teq; calore necas:

Cui plus deus dederit: plura requirer.

Cui bona multa deus concessit: plura requirer:

Ni dispensarit: quas bene cæpit opes.

Non est tutum Iprætis suis  
se credere alienis.

Non est tuta salus alienis credita telis:

Venales mutat quælibet aura manus.

Iusticia et charitas sunt  
arma tuta principum.

Iusticia & charitas dilecti principis arces:

Hæ sunt arma: quibus nulla nocere queunt.

Qui dat inopi sua nunq; erit pauper.

Qui bene diuitias inopi donabit amico:

Hic omni foelix tempore diues erit.

Velox passus sine causa:

signum leuitatis:

Incessus uelox signum leuitatis habetur:

Ni causa impellat præcipitare moras.

Pueri & iuuenes nõ debent maledicere senibus:

Ne seua in canos iuuenis conuitia fundas:

Sed lede assurges prætereunte sene.

A prima ætate docendi sunt pueri.

Vera tuis ut sit si uis sapientia canis:

Cum primo hanc sitiens ebibe lacte puer.

Vnde senatus dictus.

A senibus præci sanctum dixere senatum:

Est robur iuuenum: consiliumq; senum.

De senum prudentia.

A sene consilium quaeras: prudentia rerum

auditoz  
p multa

Est illis: sine qua curia quæq; perit

Signum ruinae gubernatio iuuenū.

Vrbes regna domos iuuenū quas rexit ardor:

Sint quaquam fortes certa ruina manet.

Quid sit lex & iusticia.

Vis legis phibere malum est: permittere honestū

Iusticiae est semper ius dare cuiq; suum.

Qui cito credit leuis est corde.

Qui cito crediderit: fallitur saepe: leuisq;

Est cordis: raro fallitur ipse senex.

Peius est foedari animo

q̄ turpati corpore.

Foedius est animi uicis corrūpere lucem:

Corpora q̄ turpi commaculare nota.

Iniusticia ruina urbium.

Nil iniusticia miserere est infestius urbi?

Funditus hæc muros uertit: & ipsa domos.

Discordia res omnes euertit.

Nil adeo est firmum: quod nō discordia uellat:

Funditus hæc muros: uertit & illa domos

Qualis sit princeps reipublicæ.

Publica priuatis nisi præferat omnia rector:

De iusto iniustus rege tyranus erit.

In cælo uera amicitia.

Si nihil in terra casto perhibetur amore

Dulcius: in cælo qualis amicitia.

Nō bene philosophiæ & cōiugio uacatur.

Nō bene socraticis chartis: thalamoq; uacabis:

Nunquid erit ueneris casta minerua comes?

Senectus bonis iocūda est: malis morosa.

Quæ caruit uicis dulcis solet esse senectus:

Contra morosa: quæ uitiosa fuit.

Vitia aliena inquirim?: nostra nō cernimus.

Esse quid hoc dicā: alterius si crimina lyncis:

Aspicias: at cæcis si tua lumbibus?

Cur aliena quæ nr̄a fertilia uidentur.  
Quisquæ suã desinet sortem uicinaquæ semper  
Apparet falso lætior esse seges.

Mutatio consilii est optimus portus.  
Errare est hois sed nõ persisteret: sæpe  
Optimus est portus uertere consilium.

Tempus præteritum recu-  
perari non potest.

Præteritas nullus reuocabit temporis horas  
Delicia an quicquam foedius esse potest?  
Utilius est unum & sæpe libros  
legere quæ multos cumulare.

Egregios cumulare libros præclarã supellex  
Aut unum utilius uoluere sæpe librum.

De retinendo quæ leguntur:

Vt abus emissus subito non proderit alio  
Pabula sic mentis non retinere diu.

Nocent plura medicamenta  
& plures medici.

Impediunt certam medicamina crebra salutem  
Non plures medici sed satis unus erit.

Nihil sine amicis iocundum.

Quid tibi iocundum submotis esset amicis  
Cuncta tibi quãquam sunt cumulata bona?

Quid sit amicus.

Alter ego est uerus multumque probatus amicus  
Quo debet nobis charius esse nihil.

Amici prius eligendi:  
electi semper retinendi.

Nil temere nisi fidum noris amicum  
Sed semel admissus semper habendus erit.

Scire mori est honos mortis.

Mortis honos est scire mori uitæ beatæ  
Exitus est testis: qui sine labe fuit.

Fictilibus tutius quæ in gemmis cœnatur:

Fictilibus cœnare pudet: gemmasq; requiris.

Ah, nescis demens quanta pericla manent: *propterea*

Sapientia docendo & charitas

dando fit maior: *pro*

Vt charitas dādo sic fit sapientia maior

Clausa minor nobis largius ergo dabis.

Auaritia semper crescit.

Crescit *lauro* auara sitis quāto tibi copia maior

Vel cumules omnes semper egebis opes!

Quid sit diues.

Non est crede mihi multos qui possidet agros

Diues: sed *ille* diues cui satis unus ager.

Liberalis.

Quas inopi & dulci lætus donabis amico

Temponibus nullis eripientur opes:

De ægroto incurabili.

I cito *pro* dicoleum properet deferre sacerdos

Continent medicum plurima turba simul:

Ægroti non curātur a pluribus:

Nunq̄ crede mihi a morbo curabitur æger

Si multis medicis creditur una febris.

Quare diuites peius q̄ pau

peres curentur ægroti: *quia diuites*

Vnde fit ægroti ut plures curentur egei?

An quia diuitibus pharmaca plura nocent. *pro oblatio*

Quomodo diues & foelix est *itur?*

Vis fieri diues christi præcepta sequaris *pro quæ*

Diminuas animi grandia uota tui.

Amici diuitem sunt falsi amici:

Quem tibi diuitiæ peperere est falsus amicus

Argentum non te diligit ille tuum:

Patientia & fides probatur

in rebus aduersis.

Rebus in aduersis patientia uera probatur *pro laudatur*

Rebus in aduersis uera pbāda fides:

Duplex poena peccanti principi imponenda

*notas*  
Si proceres neque: si peccauere parentes:  
Exemplo & sceleri poena paranda duplex.  
Filius imitatur mores paternos.

*nota*  
Saepe patris mores imitatur filius infans  
Qualis erat mater filia talis erit.

Filia mores matris sequitur.

*nota*  
Casta refert castae genitricis filia mores.

*nota*  
Lasciuæ nunquam filia casta fuit.

*nota*  
Pater debet esse optima norma filii.

*nota*  
Et uerbo: & facto paruis sit regula natis:

Optima sitque omni tempore norma pater.

Artes discende a teneris.

*nota*  
Altera natura est habitus: quam iunior artem

Perdisces tollet nulla senecta tibi.

Virtuti mors nocere non potest.

Sola potest homines ætemos reddere uirtus

Hinc soli cunctis non libitina nocet.

In arata bene terra mellis fertilis.

Si bona contritæ iactabis semina terræ

Præmagnis mellis frugibus uber erit.

Verecundia iuueni signum prohibetatis.

*nota*  
Egregium iuuenis signum uerecundia tanquam

Peccati constat penitusse sui.

Eloquentia omnia perficit:

Nil tam difficile est: quod non persuadeat: & non

Efficiat docti lingua dilerta lenis.

De eloquentia.

Ancipiti eloquium longe penetratius ense:

Hoc rabiem motam sedat: & arma mouet.

Decadem.

*nota*  
Nil adeo incultu quod non ratione nitescat

Thebarum hæc altas uexit ad astra domos.

Qui uerum audire non uult: perditus est.

Desperanda salus: qui uera audire recusat:

Inq̄ suum præceps labitur exitium.

Iuuenum fur ore urbes euectæ:

saluatæ consilio senum.

Præcipientes iuuenum dementia subruit urbes:

Curia consilio constabulita senum est.

Plus fabius senex q̄ flaminius

profuit urbi romæ:

Plus cunctatoris fabii mora profuit urbi:

Flamini & gracchi q̄ ualuerunt manus:

Conscientia bona iudicem nō timet:

Accusent te mille licet mens conscia recti:

Stat tamen: & spernit iudicis ora trucidis

Ad quandam uaniloquum.

Omnibus in trituus recitans tua carmina laudas:

Si uis ut laudem disce tacere prius.

Nō est uituperand?: si nō est par fili? patri.

Quod nequeam musis puer alpirare paternis:

Da ueniam: noster disticha ludus erit.

Ad carpentem sua disticha.

Disticha quod tenui mediter me carpis auena:

Non omnes possunt prælia flare tuba.

Ad eundem.

Si labor intenui est si me nō spernit apollo:

Cur tibi sic nostri displicuere sales?

Ad Vgolinum parentem suum.

Nosti chare parens q̄ sim breuitatis amator:

Accipe delicias disticha parua meas.

Ad eundem.

In lucem nostri formidant prodere lusus:

Si prius emendes: nil uigiline timent.

Ad carpentem ingenium & ætatem suam.

Me puerum dicist quid tum ingenium q̄ reprehendis.

Sat mihi si mores dixeris esse bonos.

Ad eundem.

*moderanda*  
*gerimus*  
Aetatem incusas: ne queas cum carpere mores:]

Naturam infantæ est carpere mentis opus:

*Primo* Quis senex laudandus.

Vt laudanda senis probitas: ita foeda uesectus

Culpanda est: turpi quæ maculata probro.

Ad Canisianum q; ocum  
est sepulchrum hominis.

Ocia mors hominum est: spirantis & esse sepulchrum

Arbitror indocti canisiane uiri.

Signum est æternæ ruinæ foeli:  
citas improborum;

Desine mirari: æternæ sunt signa ruinæ:

Prospera cum uideas tot geminata malis.

Ingratus est qui sine usura grates reddit.

Reddiderit quisquis paruas sine foenore grates:

Conuincam ingratum canisiane uirum.

*ad similitudinem*  
Poetæ multa lectione est opus.

Instar apis debes uarius excerpere libris:

*in meligaleno*  
Mellistuo ut manet dulcis ab ore liquor:

Si quisq; metiatur & alius  
erit æquus iudex.

*in uero*  
Te perpende prius nec det tibi purpura fastum

Vt tibi: sic alius arbiter æquus eris.

*in uero*  
Virtutis principium asperum: finis amœnus!

Est opus incepto: finis uirtutis amœnus:

Principii quantum aspera prima uia est.

Voluptas pestis iuuenum & senum est:

Vis fieri foelix: est debellanda uoluptas

Hæc iuuenum exitium est: pestis et illa senum.

Iactantia est omnibus inuisa.

Omnibus inuisa est stolidæ iactantia mentis:

Dum de te loqueris: gloria nulla tua est.

Quæ carent effectu tentanda non sunt.

Quæ fieri nequeunt prorsus tentare recuses:

Ingenii debes pondus habere tui.

Nihil noui sapienti contingit.  
Prouidet specula sapiens quæ cumq; futura:  
Affluctusq; malis nil nouitatis habet:  
Sapiens nihil inuitus facit.

Nil facit inuitus sapiens: exire reculas:  
Quod uitare nequis: uelle necesse tibi est:  
Pulchra uestis non facit egregios uiros.  
Si tota crassa mihi est: spernor: si trita lacema est  
Num facit egregios purpura picta uiros?

De eadem re.

Si modo me spernis: mutata ueste redibo:  
Quod mihi non dederis: uestibus ipse dabis.

De eadem re.

Oblatrant tritis catuli plerūq; lacemis:  
Ne latres: nobis uestis habenda noua est.  
Ad detractorem.

Nullius ingenii tanq; sint disticha: carpis  
Tu nil cum scribas: quale tibi ingenium est.  
Quod non sumus mancipia corporis.

Cum sit missa tibi mens alto libera cælo:  
Num uis mancipium corporis esse tui?

Ad detractorem.

Sectantem patrias artes & inutile carmen  
Ne carpis: tu quid desidiosus agis.  
Non est credendum blando adulatori.  
Qui te plus solito demulcet carmine blando:  
Te capere infidius nititur ille suis.

Vitanda sunt contagia culpæ.  
Ceti colubrum fugias blandæ contagia culpæ:

Quis non foedatur si pice tactus erit?

Res precibus uendita cara est.

Quod precibus uendis precium tibi uile uidetur:  
An mihi res emitur carior ulla prece?

Meum et tuum sunt omni-  
um malorum causa.

Si duo de nostris tollas pronomina rebus:

Prælia cessarent: pax sine lite foret.

Qui seminat discordiam erūnam metit.

Qui mala uiperis iactabit semina sulcis:

Martis & erumnæ tristia grana metet.

De morbo suo.

Mutauit stomachum diri uiolentia morbi:

Hei timeo faciet quid mihi sæua lues.

Quæ scimus docere: & quæ ignora-  
mus discere debemus.

Quæ nosti impartire libens: facilisq; roganti

Esto: quæ nescis discere ne pudeat.

Diuitiæ male partæ hostibus relinquuntur.

Cur tibi diuitias cumulas: cui congeris aurum?

Hostibus an nescis hæc cumulare tuis?

Ad factiosum.

Cur miser incedis numerofo milite septus?

Quæ mala custodes tot peperere tibi?

Qui alios repræhendit: se primū castiget.

Cum fueris censor: primum te a crimine purges:

Ne tua te damnent facta nefanda reum.

Non debemus nostra negligere:

ut aliena curemus.

Ne tua codemnes aliena negocia curans:

An tibi te quisquam iunctior esse potest?

Amico sic prosis: ut tibi nō oblis.

Esto memor caro semper prodesse sodali:

Præstita sic noceat ne tibi sedulitas.

De eadem re.

Sicutere tuis: egeas ne rebus amicis:

Sarcina nanq; humeris tota ferenda tuis.

Amici paucissimi.

Millibus est multis unus uix fidus amicus:

Hic albo coruo rarior esse solet.

Omnes diuites auari sunt pauperes:

Querere diuitias & semper egere furoris  
Est lumini: ut <sup>in</sup> ~~par~~ <sup>destruat</sup> alter opes.

Vnus princeps.

Non capit una duos maiestas regia fratres:  
Fraterno rubuit sanguine roma recens.

Vita tyranni miserrima.

Quid quaeris: si nota foret tibi uita tyranni:  
Priuatus malles sedibus esse tuis.

De sylla foelici.

Imperium posuit tunc uero nomine foelix:  
Nam primum iniustus sylla tyrannus erat.  
Festinatio & ira sunt inimicae consilio.

Consilium praecipis sequitur plerumque ruina:  
Ira quoque est ualde noxia consilio.

De uictu modesto.

Sit facilis uictus nullo <sup>uictus non ad comedendum</sup> irritante sapore:  
Sed stomachum & gustum mordeat ipsa fames:

De paupere.

Si pauper fueris: sit parsimonia munda:  
Nec neglecta tibi simplicitas fuerit.  
Laus modesta: uituperatio modica.

Si quem laudaris: parce laudare memento:  
Crimina culpato parcius ipsa tamen.

Auctoritas dicentis non est  
attendenda: sed quid dicat.

Nec te dicentis moueat reuerentia: sed quid  
Dixerit <sup>attendas</sup>: qua ratione probet.

Petro Ridolfo Nicolai filio.

Nil tibi rescripsi: ueniam concede ridolfe:  
Hic morbi quintus iam mihi mensis adest.

Symoni Canisiano amico.

Non me uisisti: sexto cum mense laborem:  
Dic ubi traxisti canisiane moras.

Ad Petrum hortantem ut salutem  
recuperet <sup>posita</sup> uirginitate.

<sup>edere</sup>  
Cur petre uirginem hortaris me ponere florem

Non faciam: uel si hoc certa paranda salus.

Ad Paulum roncilionem  
de medicorum consilio.

Promittunt medici coitu mihi paule salutem:

Non tanti uitæ sit mihi certa salus.

Ad pierides:

Quæ mora pierides tenuit: succurrite morbo

Pallida lætifero uix tegit ossa cutis.

Ad Calliopeam.

Hic mihi iam sextus mensis post mille dolores:

Affer open uati calliopea tuo.

Ad Apollinem.

Pulcher apollo ueni: deferq; salutifer herbas:

Tam cito si moriar: crimen apollo tuum est.

De luxuria.

Luxuria est prædulce malum: quam carpere multi

Sed pauci uitare queunt: patiturq; labore

Virtutis robur: corrumpunt ocia mentem.

Vitia et non hoies carpenti.

Parcere hominibus nostri didicere libelli

Crimina: non homines nostra thalia præmit.

De eadem re.

Religio christi personis parcere iussit:

Vnde meo nullus carmine mustus erit:

Ad uersificatorem.

Vna bis centum componis carmina nocte:

Ah nescis scombriis tegmina quanta facis:

Consulas priusq; facias.

Nil temere incipias: sed primum consule: cæpti

Nam multos sero pœnituisse liquet.

Verecundia & pudor honesti


mater et frenum uiciorum.

Improba quid rides: uerecundia mater honesti est:

Frena pudor turpis criminis esse solet.





Inc.  
1318






















1  
1  
E